

A 63.806

HEINECCII.

HISTORIA

IURIS CIVILIS

ROMANI

IN COMPENDIUM REDACTA

A. D. I. M. I. C. P. P. S.

SALMANTICÆ:

APUD VINCENTIUM BLANCO. NONIS OCTOBRE

MDCCCXXI.

HEINECCII

HISTORIA JURIS CIVILIS.

CONTINENS

ORIGINEM, PROGRESSUM, VARIASQUE MUTATIONES
JURIS ROMANI.

CAPUT I.

*De origine et progressu Juris Romani
sub Regibus.*

ROMA magno advenarum ad asylum Romuli confluentium, concursu sensim suppleta, initio sine lege certa, sine jure certo, egisse dicitur Pomponio. (1).

Ideoque res ipsa poposcit, ut, ea omnia temperarentur, regum arbitriis, quæ pro legibus erant.

(1). Nimirum lex lata Pomponio est jus constitutum seu scriptum. Id vero ipse opponit juri incerto, vel consuetudini. Sine jure ergo certo, egerunt quod sine lata lege et jure scripto viverent.